

DOMINICA II. MAJI.

FESTUM

B. M. V. DESERTORUM,

QUOD SUB RITU

DUPLICI PRIMÆ CLASIS CUM OCTAVA

IN URBE VALENTINA

CELEBRARI CONCESSIT,

ADDITIS ETIAM NONNULLIS VI. LECTIIONI,

S. P. PIUS VII. P. M.

AD VESPERAS.

Antiphona : Dum es-
set Rex , cum reliquis
de *Laudibus*.

Psalmi consueti de
Sancta Maria , ut in
eius *Officio parvo*.

CAPITULUM.

Ab initio , &c.

HYMNUS.

A Ve maris Stel-
la , &c.

V. Dignare me lauda-
re te, Virgo sacra-
ta , Alleluja.

R. Da mihi virtutem
contra hostes tuos,
Alleluja.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona : Sancta
Maria , succurre mise-
ris , juva pusillanimes,
refove fribiles , ora pro

A

populo , interveni pro **AD MATUTINUM.**
Clero , intercede pro
 devoto foemineo sexu:
 sentiant omnes tuum ju-
 vamen , quicumque ce-
 lebrant tuam sanctam
 Festivitatem , Alleluja. **IN I. NOCTURNO.**

ORATIO.

Deus , qui Bea-
 tissimam Vir-
 ginem Mariam dulcis-
 simo titulo Matris De-
 sertorum nos venerari
 tribuisti , ejusque inter-
 cessione tantam gratiam
 conferre dignatus es , ut
 nullus ad ejus præsi-
 dium confugiens fuerit
 derelictus : concede no-
 bis famulis tuis , ut
 sub tantæ Matris protec-
 tione constituti , num-
 quam à tua benignita-
 te deseramur. Per Do-
 minum , &c.

*Deinde fit commemo-
 ratio Dominicæ.*

*Invitorium , & re-
 liqua de Officio B. M.
 V. ad Nives 5. Augusti.*
**Lectiones de Para-
 bolis Salomonis , ut in
 festo ad Nives.**

IN II. NOCTURNO.**LECTIO IV.**

Sermo Sancti Thomæ
 Episcopi.

*Ex concione tertia
 S. Thomæ à Villanova
 super illa verba : Ab
 æterno ordinata sum.*

Super omnem glo-
 riam , inquit Isa-
 ias , protectio , &
 bernaculum erit in abs-

cionem à turbine, & à pluvia, id est, Justorum erit custodia, & peccatorum suffugium. Ità esto, Virgo, in omnibus tempestatibus, & pluviis, & adversitatibus; si pestis, si bellum, si fames, si tribulatio, omnes ad te currimus: Tu nostra protectio, tu nostrum refugium, tu nostrum unicum remedium, subsidium, & asylum. Sicut pulli volitantibus desuper Milvis ad Gallinæ alas occurrunt, ita nos sub velamento alarum tuarum abscondimur. Nescimus aliud refugium, nisi te: Tu sola es unica spes nostra, in qua confidimus; tu sola Patrona nostra, ad quam omnes aspicimus.

R. Sicut cedrus exal-

fata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion. Quasi mirra electa, * dedi suavitatem odoris, Alleluja.

V. Et sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans. Dedi.

LECTIO V.

REspice ergo nunc ó piissima, certantis Ecclesiæ filiæ tuæ tribulationem: attende familiam hanc, pro qua Christus Filius tuus mortuus est, in afflictione positam, inimicis vallatam, in gentibus conculcatam, in angusto collocatam: attende pusillum gregem, qui olim totum replebat orbem terrarum, nunc peccatis nostris interclusum, & in an-

gustiis redactum in finibus terræ. Inclina oculos pietatis tuæ , & vide quam malè eam tractat , quam malè eam lacerat aper iste de sylva , draco iste fúriosus , neque est , qui ei valeat resistere , aut audeat vel oculos tollere contra eum. Heu ! : Quis dicere poterit stragem maximam , quam à multis annis fecit hic nefandus tyrannus in Ecclesia Dei ?

R. Quæ est ista , quæ processit sicut Sol , & formosa tamquam Jerusalem ? * Viderunt eam filiæ Sion , & beatam dixerunt , & reginæ laudaverunt eam , Alleluja.

V. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum , & lilia convallium. Viderunt .

LECTIO VI.

Ibi circa finem.

Sed electa est (Maria) ut esset Advocata nostra ; nam licet Advocatum habemus Filium , ut ait Joannes , opus etiam fuit habere Matrem Advocatam ad Filium : Nam peccatis nostris non solus Deus offenditur , cuius præcepta violamus , sed & Filius Dei , cuius Sanguinem peccando conculcamus , rursus crucifigentes Filium Dei. Et ideò sicut apud Patrem interpellat Filius , sic apud Filium interpellat Mater. Undè Bernardus : Filius ostendit Patri latus , & vulnera ; & Mater ostendit Filio pectus , & ubi-

ra. Unde facta est idonea Advocata : Idonea, quia purissima. Idonea, quia acceptissima. Idonea, quia piissima : hæc enim omnia ad Advocatam requiruntur. **O** felix dies, ó dies jucunda, in qua talis, ac tanta Adyocata data est mundo ! **O** dies omni gaudio celebranda, quando tantum donum accepimus ! Quæ sane dies, ac tantæ Matris tutela, quo solemnius quotannis recolatur, Senatus Valentinus cum propter alia beneficia multa, tum præsertim ob Civitatem anno millesimo octingentesimo quarto, à teterima pestilentia, quæ imminebat, Beatissimæ Virginis intercessione, ut pie creditur, liberatam, Sedem Apostolicam sup-

plex oravit, ut Officium Beatæ Mariæ Virginis Matris Desertorum nuncupatæ duplex primæ clasis cum octava ab universo Clero Sæculari et Regulari intra ipsam Urbem recitetur ; cuius piis ac religiosis precibus Pius Septimus Pontifex Maximus benignè annuit.

R. Ornatum monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit : * Et videntes eam filiæ Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes : * Unguentum effusum nomen tuum, Alleluja.

V. Astigit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Unguentum.

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii
secundum Joannem.

LECTIO VII. Cap. 19.

IN illo tempore: Sta-
bant juxta Crucem
Jesu Mater ejus, &
soror Matris ejus Ma-
ria Cleophæ, & Ma-
ria Magdalenæ. Et re-
liqua.

Homilia Sancti Augu-
stini Episcopi.

Tract. 119. in Joann.

HÆc nimirum est
illa hora, de
qua Jesus, aquam con-
versurus in vinum, di-
xerat Matri: Quid mi-
hi & tibi est mulier?
Nondum venit hora
mea. Hanc itaque ho-

ram prædixerat, quæ
tunc nondum venerat,
in qua deberet agnoscere
moritus, de qua
fuerat mortaliter natus:
Tunc ergo divina fa-
cturus, non divinitatis
Matrem velut incogni-
tam repellebat. Nunc
autem humana jam pa-
tiens, ex qua fuerat
factus homo, affectu
commendabat humano:
moralis igitur insinua-
tur locus. Facit quod
faciendum admonet, &
exemplo suo suos mi-
nistros instruxit Præcep-
tor bonus, ut à filiis
piis impendatur cura
parentibus; tamquam
lignum illud ubi fixa-
erant membra morien-
tis, etiam cathedra fue-
rit Magistri docentis.

R. Felix namque
es sacra Virgo Maria,

& omni laude dignis- infideli deterior. ; Quid
simi. * Quia ex te autem tam cuique do-
ortus est Sol justitiae, mesticum, quam paren-
Christus Deus noster, tes filiis aut parentibus
Alleluja. filii? Hujus itaque sa-
luberrimi præcepti ipse

¶. Ora pro popu- Magister sanctorum de-
lo, interveni pro Cle- se ipso constituebat e-
ro, intercede pro de- exemplum: quando non
voto foemineo sexu: sentiant omnes tuum ut famulæ Deus, quam
juvamen, quicumque creaverat, & regebat,
celebrant tuam sanctam sed ut matri homo, de
Festivitatem. Quia ex qua creatus fuerat, &
te. quam relinquebat, al-
terum pro se quodam-
modo filium provide-
bat.

*Benedictio, Cujus fe-
stum colimus, ipsa Vir-
go virginum.*

LECTIO VIII.

Ex hac sana do- ctrina didicerat Paulus Apostolus, quod dicebat: Si quis autem suis, & maxime do- mesticis non providet, fidem negavit, & est

R. Beatam me di- cent omnes generatio- nes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus, Alleluja.

¶. Et misericordia ejus à progenie in pro- genies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Pa- tri. Quia.

*Nona lectio legitur ria , Credo , & comme-
de Homilia Dominicæ, moratio Dominicæ oc-
Missa : Salve San- current. de qua legitur
cta Parens , ut in Mis- Evang. in fine Missæ.
sis votivis B. M. V. Præfatio de Sancta Ma-
á Pascha , usque ad ria : Et te in Festi-
Pentecostem , cum Glo- vitate.*

IN DIE OCTAVA

B. M. V. DESERTORUM.

Officium ut in die præter Lectiones II. Nocturni.

IN II. NOCTURNO.
De expositione S. Gre-
gorii Papæ in libros
Regum.

In I. Regum.

LECTIO IV.

Fuit vir unus de Ramathaim So-
phim de monte Ephraim. Potest hujus montis no-
mine Beatissima semper Virgo Maria Dei geni-
trix designari. Mons quippe fuit , quae om-

nem electæ creaturæ al-
titudinem electionis suæ
dignitate transcendit. An
non mons sublimis Ma-
ria , quæ ut ad concep-
tionem æterni Verbi
pertingeret , meritorum
verticem supra omnes
Angelorum choros , us-
que ad solium Deita-
tis erexit ? Huius enim
montis præcellentissi-
mam dignitatem Isaias
vaticinans ait : Erit in

novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion. Quasi myrra electa, * Dedi suavitatem odoris, Alleluja.

V. Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi.

LECTIO V.

Ex Epistola S. Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustam.

Epist. 13. ante med.

SAcramentum reconciliationis nostræ ante tempora æterna dispositum nullæ imple-

bant figuræ: quia nondum supervenerat Spiritus Sanctus in Virginem, nec virtus Altissimi obumbraverat ei, ut & intra intemerata viscera, ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei ac forma servi in unam convenienter personam Creator temporum nasceretur in tempore, & per quem facta sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim novus homo factus in similitudinem carnis peccati nostram susciperet vetustatem, & consubstantialis Patri consubstantialis esse dignaretur & Matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber uni- ret; sub jugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas.

R. Quæ est ista
quæ processit sicut Sol,
& formosa tamquam Je-
rusalem ? * Viderunt
eam filiæ Sion et bea-
tam dixerunt , et Re-
ginæ laudaverunt eam,
Alleluja.

V. Et sicut dies ver-
ni circumdabant eam
flores rosarum & lilia
convallium. Viderunt.

LECTIO VI.

De Expositione S. Ba-
silii Episcopi in Isaiam
Prophetam.

In cap. 8. post init.

Accessit , inquit,
ad Prophetissam
et in utero accepit , &
peperit Filium. Quod
Maria Prophetissa fue-
rit , ad quam proximè
accessit Isaias per præ-
notionem spiritus , ne-

mo contradixerit , qui
sit memor verborum Ma-
riæ , quæ prophetico af-
flata spiritu elocuta est.
Quid enim ait ? Mag-
nificat anima mea Do-
minum : & exultavit spi-
ritus meus in Deo sa-
lutari meo : quia res-
pexit humilitatem an-
cillæ suæ : ecce enim ex
hoc beatam me di-
cent omnes generationes.
Quod si animum acco-
modaveris universis ejus
verbis , non utique con-
tentiose negaveris eam
fuisse Prophetissam , quod
Dominus Spiritus in eam
supervenerit et virtus
Altissimi obumbraverit
ei.

R. Ornatam moni-
libus filiam Jerusalem
Dominus concupivit : *
Et videntes eam filiæ
Sion beatissimam pra-
dicaverunt , dicentes : *

Unguentum effusum no. tu deaurato , circumda-
men tuum , Alleluja. ta varietate. Et viden-
v. Astitit Regina tes. Gloria Patri. Un-
dextris tuis in vesti- guentum.

DECRETUM.

Excmus. et Illmus. Dominus D. Fr. Joa-
chimus Company , Dei & Sanctæ Sedis
Apostolicæ gratia , Archiepiscopus Valentinus,
Eques Prælatus signatus Magna Cruce Insig-
nis Regalis Ordinis Caroli Tertii , Regiusque
Consiliarius ; &c. Attento Decreto Sanctissimi
Domini nostri Pii P. VII. die 3. Decembris
proximi præteriti in quo ad preces Magnifici
Senatus hujus Valentine Civitatis cum nostro
consilio S. Sti. porrectas et ad recolendam me-
moriæ beneficiorum , quæ à Beatissima Virgi-
ne sub dulcissimo titulo Matris Desertorum hæc
Civitas Valentina accepta habet , præsertim ve-
rò quod in nova Additione ad sextam Lectio-
nem jam à Domino Cardinali de Somalia , &
R. P. Hieronymo Napulionio Promotore Fidei
revisam , memoratur , Festum hujusmodi Deipa-
ræ Virginis , quod jam in Dominica secunda
Maji celebratur , elevari permisit ad duplex
primæ clasis cum Octava pro utroque Clero Sæ-

culari & Regulari intra eamdem Civitatem cum
prædicta Additione ad sextam Lectionem in Of-
ficio, quod quidem Decretum ut ab omnibus in
posterum observetur, decrevit, præcepit, ac ma-
nu sua subscrispsit. Dat. in Palatio Archiepis-
copali Valentino die septima Februarii anni mil-
lesimi octingentesimi sexti. = Fr. Joachimus Ar-
chiepiscopus Valentinus. = Loco Si  gilli. = De-
mandato Excellentissimi Domini mei Archiep̄s.
copi. = D. D. Ludovicus Lassala, Canonicus,
Secretarius.

Imprimatur:
Asensi, V. G.

VALENTIAE: IN OFFICINA BENEDICTI MONFORT.
ANNO MDCCCVIII.